



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De monachis qui silios procreauerint. lxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ab episcopis corrigantur. Non semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum, & si quid corrigendum fuerit, corrigant. Monachi autem abbatibus omni obediētia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumacia in extiterit indeuotus, ac per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquod habere præsumpserit, omnia quæ acq̄sierit, ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. ipsi aut̄ qui fuerint peruagant̄ ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & constringantur.

De monachis, qui filios procreauerint. Cap. LXVIII.

Ex dictis S. Isido. **M**onachi filios procreantes in carcere recludantur, nec inueniantur, nisi in facinus continua lamentatione desinentes, vel ad mortem sola misericordia in communionis gratiam possit indulgeri.

De sanctimonialibus, que vim barbaricam pertulerunt. Cap. LXIX.

Ex decr. Leonis papæ, cap. 49. **D**E his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ, barbaricam pertulerunt violentiam, & integritatem pudoris non in animo, sed corpore perdiderunt, nobis videtur seruanda moderatio, vt neque in viduitate deiciantur gradum, neque in sacrarum & perseverantiam virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus singularibus obseruationibus perseverant, & castimoniam integritatem mente custodiunt, sacramentorū eis non est neganda cōmunio: quia iniustum est illas in eo, vel arguere, nisi notari, quod nō volūtas admittit, sed vis hostilis eripuit.

De quadam abbatissa, que se proclamauerat super militibus in claustro suo hospitantibus. Cap. LXX.

Ex regis Greg. ad Fortunatū episcopum Neopolit. cap. 112. **I**nsinuauit nobis latrrix præsentium agnella abbatissa, quod intra monasterium ipsius milites hospitemur, omnino de fraternitatis vestre sollicitudine mirari, quod si hoc patienter tulerit, & nō illud cum omni celeritate fecerit emēdari. Vnde hortamur, vt vel nunc studium stri sit, instanter eis quorum interest imminere, quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur, & nullus vltius meatum accipiat, nec callidus hostis occasio